et iurifico tam illam quam dominus imperator Adefonsus Raimundi iure
hereditario michi tribuit, quam aliam con |⁵cedo uobis uel uoci uestre
perpetim habituram. Similiter, et in uilla quam uocitant *Sanctum Iohan-*
nem quem est sita secus fluuium de Uluer, do uobis meam porcionem ad
integrum, quantum ibi habeo et iurifico. |⁶ Et in Pedrosa do uobis
quantum ibi habeo et habere debeo ad integrum. Et in uilla *Sancti Petri*
de Samuel uocitata do et concedo uobis meam partem ad integrum. Et
in uilla Palacios similiter do uobis quantum |⁷ habeo et iurifico ad inte-
grum. Et in uilla Ouregio similiter do uobis meam partem ab omni
integritate. Et in alfouz de Ibia, que est in Campou, do uobis quantum
habeo in uilla quam nuncupant |⁸ Soutu ad integrum. Et in illa *Pernia*
do uobis illam uillam de Celadiela, quam habui de mea comparacione, ab

omni integritate, intus *et* extra, *et* sicut dedit *et* concessit michi postea dominus |⁹ Imperator. Est autem ista uilla posita inter Rotundo *et* Sanctum Felicem *et* Ferreirola, quam uobis ad integrum per suos terminos *et* loca antiqua dedi *et* perheniter concedo. Sic ego comde Rudericus |¹⁰ Guncaluiz do *et* concedo uobis coniugi meo comitissa domna Steuania totas istas hereditates pro uestras arras ad forum de Castella, ut de hodie die uel tempore illas penitus habeatis ac firmi- |¹¹ter possideatis euo perheni. Si quis uero hanc institutionem uel stabilitatis seriem frangere uoluerit, pariat has hereditates in paribus locis cum C libras auri *et* insuper sub anathema sit. |¹²Facta dotis *et* arrarum carta sub era T C LXX III. Diei notum VIII idus septembris, feria V^a. Regnante imperatore Ildefonso Raimundi una cum imperatrice Beringela in Le |¹³gione *et* in Castella. Et ego comes Rudericus iam dictus hanc cartulam fieri iussi *et* roboravi [*Signum*] Qui presentes fuere: Comes Ermengaudus *confirmans*. — Didacus Fernandiz, *confirmans*. — Petrus Garsia de Olmos, *confirmans*. — Petrus Uermuiz de Talamilo, *confirmans*.

Cidi *et* Belid hic testes.

[*Signum*] Martinus Gurgulio |¹⁴ consulis notarius qui |¹⁵ scripsit.

LAMINA XXI

Ramiro II de Aragón dona a la iglesia de San Martín de Biel (Zaragoza) una propiedad denominada Panperdido.

Biel, mes de octubre era 1173 (año 1135).

Christus. In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Ego Ranimirus Dei rex, facio hanc cartam donationis *et* con |²firmationis Domino Deo *et* Sancti Martini de Biele. Placuit michi libenti animo, obtimo cordis |³ affectu *et* spontanea uoluntate *et* propter amorem Dei *et* remedium animeꝝ meꝝ *et* anime parentum meorum |⁴ uidelicet patris *et* matris mee *et* fratrum meorum, quibus sint requies, *et* propter seruicium quod mihi faciat don Enneco |⁵ meo capellano *et* abbati eiusdem loci. Ideo dono Domino Deo *et* predicte ecclesie illa mea arrotta uielga que |⁶ uocitant Panperditto, cum sua acequia *et* suas aquas *et* totos suos directatico ab integros quod inde debent exire. |⁷ Et hoc donatium supra scriptum laudo *et* confirmo illud per secula cuncta, salua mea fidelitate *et* de omni mea posteris |⁸tate. Signum regis .. [*espacio en blanco*]... Ranimiri.

|⁹ Facta uero hanc cartam donationis era M^a C^a LXX^a III^a in mense octubris apud uillam et castrum que uocitantur Biele. Reg |¹⁰nante me Dei gratia rex in Aragona et in Superarbi atque in Ripacurcia. Episcopus Dodus in Iaca et in Oscacha. Vicecomitessa domina |¹¹ Taresa de Bearne in Unocastello. Castange in Biel et in Augero. Petro Castange in Luesia. Frontin in Sos. Petro Talesa in Borga |¹² et in Ereia. Gomiz in Rosta et in Agierbe. Sunt testes don Martin sacristano et Lope Garcez citano et illo episcopo de Oscha.

|¹³ Ego Andreo scriptor sub iussione domini nostri regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum |¹⁴ ... [espacio en blanco]... feci.

LAMINA XXII

Donación de la iglesia de Santa María de Villafáfila, hecha por Cipriano, presbítero, y por el concejo de Terrones en favor del monasterio de Eslonza.

Sexta feria 14 calendas de mayo era 1185 (viernes 18 de abril de 1147).

A. H. N. Eslonza: 56-P.

[En el borde:] CIROGRAFUM [Signum].

In Dei nomine hec est kartula donacionis largitatis nullus potest infrin |²gere quia propter Deum donatur et in eius amore illius largicio determinatur sic et |³ enim Paulus apostolus dicit: Hilarem enim datorum diligit Deus. Propter hanc dilec |⁴tionem ego Ciprianus presbyter una cum concilio de Terrones a tibi Iohannes |⁵ Spora obediencialis de Sancti Petri Elisoncie dabimus isto monasterio |⁶ de Uillafafila per nominata Sancta Maria que habeas tu Iohannes Spora |⁷ in uita tua et post obitum tuum illo abas de Sancti Petri cum concilio de |⁸ Sancta Maria et de alios homines bonos de illo monasterio Sancti Petri |⁹ ueniat ad Sancta Maria de Uillafafila unus de his monachis et acci |¹⁰piat illo monasterio cum quantum ad illo pertinet. Et est ipsa here |¹¹ditate in Uillafafila et dabimus a tibi Iohannes Spora et a Sancti Petri Elisoncie |¹² et dabimus tibi in exitus ubicumque potueris inuenire habeas tu et |¹³omnis posteritas tua, tenendi, donandi, uendendi licencia sine im |¹⁴pedimento nostri generis et alterius nature usque in sempiternum. Si quis hunc titu |¹⁵lum donacionis uendiciones que nos fecimus infringere uel contendere |¹⁶ uoluerit, quicumque fuerit habeat Dei maledictionem super cunctam |¹⁷ quam habuit generationem. Sit anethema marenata id est duplici |¹⁸ confusionem confusus sic Datam et Habiron quos terra

uiuos obsorbuit. |¹⁹ Sit etiam dampnatus sicut Iudas qui Dominum nostrum Ihesum Christum prodidit et |²⁰ pro dampno seculari ad te uel ad qui tuam uocem pulsauerit quomodo pariat in |²¹ cautum CCC^{as} libras aureas et ipsa ecclesia duplata uel triplata et in |²² simile tale loco meliorata. Facta kartula donacionis notum die |²³ quod erit VI feria, XIII kalendas mai era M^a C^a LXXX V^a. Regnante impera |²⁴ tore Adefonso in Legione et in Toletu uxorem regis nomine Berengaria. |²⁵ Sub Dei gratia Arnaldus episcopus in sede Sancta Maria avstorisensis. Maior |²⁶ domus comes Poncius. Villico in Legione Annaia Roderiguez. |²⁷ Episcopus in Legione Iohannes Albertinus. Et in Uillafafila uillico Iohannes |²⁸ Pelaiz. Et in roboramentum XVI marebitinos. |²⁹ Pelagio Zidez confirmat. Pedro Telez confirmat. Petrus Uelidez confirmat. |³⁰ Martin Diaz confirmat. Martin Michaelez confirmat. Pelagio Pedrez confirmat. |³¹ Petro Gondisaluez confirmat. Pelagio testis. Domingo testis. Petro testis. |³² [Signum] Martinus presbyter notuit. [Signum].

LAMINA XXIII

Privilegio de Alfonso VII concediendo a Fernando Peláez la heredad llamada la Devesa, en el alfoz de Boñar.

Día anterior a las nonas de diciembre era 1182 (4 de diciembre de 1144).

A. H. N. *Sahagún*: 71-R.

Christus. In nomine Domini. Sit presentibus et futuris hominibus manifestum quia ego Adefonsus imperator Hispanie una cum |² uxore mea Berengaria, grato animo uoluntate spontanea, tibi Fernandus Pelagii quendam hereditatem |³ nomine Eladeuesa propter seruicium quod mihi fecisti et facis, iure hereditario, dono. Illam inquam hereditatem |⁴ nomine Eladeuesa tibi dono que iacet in illo alfozo de Bonnar enter la Deuesa et Uilliella et dono tibi ipsam |⁵ hereditatem cum omnibus eius pertinentiis, uidelicet cum eius terminis et terris, solaribus, ortis, montibus, fontibus et uallibus, planiciebus, in |⁶ gressibus et egressibus, aquis, pratis, pascuis, et cum aliis causis que ad eandem hereditatem pertinere noscuntur ubicumque poterint |⁷ inueniri. Eo uero modo dono tibi Fernando Pelagii pernominatam hereditatem quatenus tu et filii tui et omnis genera |⁸ cio tua eam cum omnibus suis pertinentiis libere et quiete in perpetuum hereditariam habeatis, teneatis, possideatis et quod uobis |⁹ placuerit de illa faciatis, uendatis, detis, cambiatis, cuicumque uoueritis. Si quis autem de meo uel de alieno genere hoc |¹⁰ meum factum in posterum ruperit a Deo maledicatur et in inferno cum Iuda

proditore ac Datan et Abiron semper dampne |¹¹ *tur nisi resipuerit et pro temerario ausu pectet mille morabitis et hereditatem duplatam restituat.* |¹² *Facta carta Segobię pridie nonas decembris era M^a C^a XXX^a II^a in reditu follati quod fecerat eo tempore imperator* |¹³ *in terra Granate, eodem imperatore tunc temporis imperantę in Toletu, Legionem, Saragocia, Naiara, Castella, Galecia.* |¹⁴ *Ego Adefonsus imperator hanc cartam quam iussi fieri confirmo et manu mea roboro.*

[Col. a.]

Petrus, Sancti Iacobi archiepiscopus, confirmat. — *Petrus, secobiensis episcopus, confirmat.* — *Iohannes, legionensis episcopus, confirmat.* — *Petrus, palentinus episcopus, confirmat.*

[Col. b.]

Comes Rodericus Gomez confirmat. — *Comes Fernandus confirmat.* — *Comes Ramirius Frolez confirmat.* — *Guterrus Fernandez, potestas, confirmat.*

[*Signo real, dentro del cual dice:*] *Signvm Imperatoris.*

[Col. c.]

Didacus Munioz, maiordomus imperatoris, confirmat. — *Poncius de Minerua, alfieriz confirmat.* — *Petrus Adefonsi de Asturiis confirmat.*

Geraldus scripsit per manum magistri |²⁰ *Hugonis cancellarii Imperatoris.*

LAMINA XXIV

Ramón Berenguer IV dona a Sancho García, abad de San Juan de la Peña, y a sus monjes, el señorfo de Anisa.

8 calendas de abril era 1196 (26 de marzo de 1158).

A. H. N.

Christus. Alfa. Omega. In Dei nomine et eius gratia. Ego Raimundus, Dei gratia comes barchinonensis et princeps aragonensis, facio han[c] |² *cartam donacionis Deo et predicti nomine ... [raspado] ... Garcia et fratribus suis. Placuit mihi libenti animo et* |³ *spontanea uoluntate et pro remedio anime meę dono Deo et predicti nomine Sancio Garcia et* |⁴ *fratribus suis illa mea domingatura que habeo in Anisa, et faciant ibi uno monasterio in* |⁵ *honore beate Dei genitricis Marie et beati Fructuosi et omnibus sanctis eius cum toto suo termino, cum*

|⁶ montibus et cum erbis uel cum aquis, et ut de decima illius ecclesie faciant ipsam ecclesiam et omnia que |⁷ ibi sunt necessaria, et qui ibi nullum tortum fecerit reddat dupplum et pectet a me M solidos. Et hoc meum donatium sicut |⁸ superius est scriptum laudo et concedo, ut habeant illud saluum et liberum et quietum per cuncta seculorum secula. Amen.

|⁹ Signum [Signum] Raimundi Comes

|¹⁰ Facta carta era M^a C^a LXL^a VI^a, in VIII^o kalendas aprilis, in uilla que Iaca uocatur. Regnante me Dei gratia in Barchinona, et in |¹¹ Aragona, et in Superarbe, et in Ripacurciu, atque in Lerida uel in Tortosa. Episcopus Petrus in Cesaragusta, Episcopus Martinus in Tarazona. |¹² Episcopus Dodo in Osca. Episcopus Guillelmus Peire in Lerida. Comes Arnalmir paliarensis in Fraga. Galin Xemenons in Alkala. Ferriz in Osca. |¹³ Cornelg in Morellio. Loheirenc in Auguero. Petro Lopez in Luesia. Fertunzio Acenarz in Unocastello. Deus aiuda in Sos. Sancio E[n] |¹⁴ necons in Daroca. Galin Xemenz in Belget. Petro de Castellazolo in Calatniube. |¹⁵ Ego Petrus de Auguero iussu domini mei comitis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum [Signum] feci.

Correcciones: Línea 3, r de pro y línea 11, go de Aragona, agregado entre líneas.

LAMINA XXV

Donación de los diezmos de la granja de San Félix hecha por D. Juan, obispo de Osma, en favor del monasterio de Sacramenia. 9 kalendas de julio era 1206 (23 de junio de 1168).

Valladolid. Cátedra de Paleografía.

Quemquidem status uite presentis cum teneri putatur ela |²bitur cum exerceri uidetur repente amittitur nonnullius |³ discretionis est et sancte meditationis bonis transitoriis quibus uti |⁴ conceditur ad consolationem, a Deo premia mercari eterna glorifi |⁵cationem. Quapropter ego Iohannes, Dei gratia oxomensis ecclesie episcopus, cum as |⁶sensu capituli nostri decimas grangie Sancti Felicis pro remissione |⁷ peccatorum et salute animarum nostrarum necnon et omnium tam hereditatum |⁸ quam aliarum rerum quasi episcopatu nostro umquam acquirere poterint concedimus |⁹ domino Petro abbati Sancti Iohannis de Sacramenia ac fratribus eiusdem loci |¹⁰ et successoribus eorum in perpetuum possidendas quatinus in presenti orati |¹¹onibus eorum fulciri et in futuro apud Deum ualeamus iuari. Multum |¹² eaim ualet deprecatio iusti assidua et conclude elemosinam in si |¹³nu pauperis et ipsa pro te

orabit. Prohibemus autem atque interdicimus ut |¹⁴ nullus deinceps
 successorum nostrorum hanc nostrę elemosinę donation[e]m |¹⁵ infrin-
 gere presumat, quod si presumpserit nisi respiscat, sit excommuni-
 ca |¹⁶ *tus et cum Iuda traditore in infernum a Deo dampnatus. Facta*
carta |¹⁷ VIII kalendas iulii era millesima ducesima VI^o. |¹⁸ Ego
Iohannes prior confirmo. |¹⁹ <An> Ego Andreas, ascensis archidia-
|²⁰ conus, confirmo |²¹ Ego Iohannes archidiaconus de Sancto Stephano
confirmo. |²² Ego Iohannes de Olmedo confirmo. Ego Gonsaluus con-
firmo. |²³ Ego Saluador confirmo. Ego Petrus de Fandalux confirmo.
 |²⁴ Ego Arnaldus confirmo. Ego Fadab confirmo.

LAMINA XXVI

a

Alfonso I de Cataluña y II de Aragón dona a Pedro de Riart
 la bailía de San Martín de Castelar.

(S. I) 5 idus de septiembre (9 de septiembre) del año 1165.

A. C. A. Pergaminos de Alfonso I: n.º 25.

[En el borde:] A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Sit notum omnibus hominibus quod ego Ildefonsus Dei gratia rex
 Aragonum et comes Barchinone, assensu et consilio Guillelmi episcopi
 Barchinone et Arnaldi |² Mironis comitis de Palars et Guillelmi Raimundi
 dapiferi atque Raimundi de Gerundela et tocius curie meę dono et
 concedo tibi Petro de |³ Riart illam meam baiuliam Sancti Martini de
 Castelar sicut melius unquam dominus Comes pater meus eam tibi
 donauit et prout melius eam habuisti et tenuisti. |⁴ Tali modo istam
 baiuliam tibi dono, ut de omnibus expletis que Deus ibi dederit panis
 uidelicet et uini, dones mihi per unumquemque annum VI quar |⁵ tas de
 blaa ad mensuram comitalem et hoc non possit minui et quod sis inde
 mihi bonus atque fidelis in omnibus. Propter hoc autem donum quod
 fa |⁶ cio tibi iam dicto Petro accipio a te L denariorum solidos quod est
 manifestum. Actum est hoc V idus septembris anno Domini millesimo
 CL XV.

|⁷ Signum Ilde[Signum]fonsi regis Aragonum et comitis Barchinone
 S + ignum Guillelmi Barchinonensis episcopi +.

|⁸ Sig + num Arnaldi Mironis comitis de Palars. Sig + num Guil-
 lelmi Raimundi dapiferi. Sig + num Raimundi de Gerundela. Sig + num
 Bernardi |⁹ Bouis.

|¹⁰ Poncius de Osore scriba domini regis scripsit hoc et fecit hoc sig
 [Signum] num.

b

Carta de venta de unas heredades sitas en Villamoros, hecha por María y Sol Palas y sus respectivos maridos, don Isidoro y Domingo Salvadores, en favor de Diego Pérez y su mujer María Domínguez.

16 calendas de abril era 1211 (17 de marzo de 1173).

A. H. N.

Christus. Sub nomine et honore summe et indiuidue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Maria Palaz cum marito meo don Ysidro et ego Sol Palaz |² cum marito meo Domingo Saluadorez uendimus tibi Deigo Pedrez et uxori tue Maria Dominguez duos solares cum suos exidos et cum suos murados et unum |³ ortum in Uillamoros in lalfoz de Uillalil inter lacia et Uilla ebquit, non per metum neque per ebrietatem sed propria nostra accesit uoluntas et uenderemus |⁴ uobis hanc hereditatem et isti duos solares se tenent in unum. De prima parte iacet solar de Sol Esteuenez. De secunda parte solar de Fernant Martinez. De |⁵ tercia parte solar de filios de Palai Fauiuut. Et in orto de prima parte iacet solar de filios de Palai Fauiuut. De secunda parte terra de Sol Esteuenez. |⁶ De tercia parte careira que uadit ad ecclesiam. Et istam hereditatem uendimus tibi Deigo Pedrez et uxori tue Maria Domingez et concedimus et accepimus in precio |⁷ ego Maria Palaz in mea parte tres marabetis et ego Sol Palaz in mea parte unam asinam et dimidium marabotin. Et in roboramento panem et uinum |⁸ et pescado et pro tota ista hereditate de precio et de aluaroc nichil remansit pro dare, sed totum completum est. Si quis autem de nostris uel de extraneis istam cartam a nobis |⁹ uobis factam et in concilio legitime roboratam frangere uel uiolare temptauerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus, et insuper |¹⁰ uobis illam hereditatem dupplatam uel triplplatam et in tali loco melioratam, et uobis uel qui uestram uocem pulsauerit pectet in coto triginta marabetis. Facta carta era M^a CC^a |¹¹ undecima. Die VI^o X^o kalendas aprilis. Regnante rege Fernando cum uxore sua dona Urracha in Legione et in Gallicia. Johannes legionensis episcopus. Tenente turre in Legione |¹² Fernant Rodrigez el Castelano. In castro terra Iohannes legionensis episcopus. Qui presentes fuerunt et audierunt. Fernat Martinez confirma. Palai Martinez confirma. Pedro Palaz |¹³ confirma. Pedro Moro teste. Martin Ciprianez teste. Pedro Bernaldo teste. Cydi teste. Xabbi teste. Vellidi teste. Ego igitur Maria Palaz cum marito meo don Ysidro et ego |¹⁴ Sol Palaz cum meo marito Domingo Saluadorez hanc cartam

quam fieri iussimus et lectam audiimus [Signum] propriis manibus roboramus et confirmamus. Raimundus notuit et confirmat.

Correcciones: Línea 13, *Maria*, agregado entre líneas.

LAMINA XXVII

Alfonso I de Cataluña y II de Aragón dona a Arnaldo de Monteserin y a su mujer Ermesinda, un molino junto a Cervera. Cervera, 14 calendas de agosto (19 de julio) del año 1173.

A. C. A. Pergaminos de Alfonso I: n.º 136.

Hoc est translatum fideliter factum.

|² Sit notum cunctis quod contencio fuit inter dominum Ildefonsum regem aragonensem, comitem barchinonen |³sem et marchionem Prouincie et inter Petrum Adaledis et Arnaldum de Monteseren et fratres suos Guillelmum |⁴ et Bernardum et coheredes suos pro illo molendino superiori quod est iuxta uilla Ceruarie quod |⁵ molendinum supradictum Ildefonsus rex, recto iudicio ab omnibus supradictis hominibus et suis choeredibus |⁶ consequutus est. Tandem bono animo et spontanea uoluntate, ego Ildefonsus rex iam dictus dono tibi |⁷ Arnalde de Monseren et uxori tue Ermesendi totum iam dictum molendinum et tue progeniei ac |⁸ posteritati tali scilicet pacto quod uos et progenies ac posteritas uestra donetis inde mihi et successori |⁹bus meis in perpetuum tertiam partem fideliter tocius mulcture et ipsum braciaticum sine omni missio |¹⁰ne quam ego nec successores mei ibi non faciamus. Supradictum autem molendinum ego Ildefonsus |¹¹ rex dono uobis et successoribus uestris cum rege et cap de rege et cum omnibus que ad ipsum molendi |¹²num pertinent et pertinere debent cum introitibus et exitibus suis. Accipio autem a te propter hoc. CCC |¹³ solidos barchinonensium de quibus penes te nichil remansit in debito.

|¹⁴ Actum est hoc in Ceruaria XIII kalendas augustas anno Domini millesimo Cº LXX IIIº.

|¹⁵ Signum [Signum] Ildefonsi regis aragonensis, comitis barchinonensis et marchionis |¹⁶ Prouincie.

|¹⁷ Sig + num Berengarii abbatis ecclesie Montis Aragonis.

|¹⁸ Sig + num Geraldi de Iorba. Sig + num Berengarii de Cardona.

|¹⁹ Sig + num Guillelmi de Alcarraz. Sig + num Guillelmi de Lauanza. Sig + num Bernardi de Mecina. |²⁰ His Gillelmus ita scriptis fauet archileuita [Signum].

|²¹ Ego Bernardus de Calidis, scriba Regis, scripsi hanc cartam cum litteris rasis et emendatis in linea |²² IIIª et feci hos sig [Signum] num.

LAMINA XXVIII

Alfonso VIII prohibe invadir las heredades y posesiones del monasterio de Sahagún, que toma bajo su protección.

Toledo, 15 calendas de febrero era 1219 (20 de enero de 1181).

A. H. N. *Sahagún*: 114-R.

Aldefonsvs, Dei gratia rex Castelle, omnibus regni sui militibus et uilariis conciliis ad quos ¹ littere iste peruenerint, salutem et gratiam. Vniuersis hanc cartam regali sigillo signatam uidentibus notum ² sit ac manifestum, quod ego Adefonsus rex mando et firmiter defendo ut nullus nobilis siue ignobilis neque ⁴ in pace neque in guerra audeat irrumpere uel uiolenter inuadere hereditates aut possessiones monasteri[i] ⁵ Sancti Facundi que sunt in regno regis Fernandi, neque aliqua occasione in illis rapinam facere. Vbi ⁶ cumque enim monasterium Sancti Facundi aliquid habere cognoscitur, illud proculdubio ad ius ⁷ et do ⁷ minium meum pertinet. Et si quod absit, dampnum possessionibus prefati monasterii ab aliquo inferri ⁸ contigerit, statim uisis litteris istis quicumque illud fecerit, totum integrare festinet. Si quis uero ⁹ contra hoc meum mandatum in aliquo fecerit, sciat se me grauiter offendisse. Insuper regiam ¹⁰ iram incurret et quicquid habet in regno meo perdet et, accepta de corpore suo uindic ¹¹ ta, integrabo de bonis suis dampnum quod iam dicti monasterii honoribus intulerit. ¹² Facta karta apvd Toletvm, era M^a CC^a XVIII^a, XIII^o ¹³ kalendas februari.

LAMINA XXIX

Carta de venta otorgada por Teresa Pérez y María García, abadesa y priora respectivamente del convento de Santa María de Gradefes (León) en favor de Tello Pérez y su mujer Gontroda García, de cuantas propiedades poseían en Villagarcía (Valladolid).

2 idus de marzo era 1222 (13 de marzo de 1184).

A. H. N. *Sahagún*: 928-P.

Res geste nisi scribantur uix ab obliuionis interitu defenduntur. Ne igitur ex obliuione serpat defensio presenti scripto memorie presentium futurorumque co ² mendamus quod ego Taresa Petrix, abbattissa Sancte Marie de Gradefes, et ego Maria Garsie, eiusdem loci prior, una cum omni conuentu ibidem Deo seruianti facimus car ³ tam uenditionis uobis domino Tello Petrix et uxori uestre Guntroide Garsie, de omni hereditate quam habemus uel habere debemus in Uillagarsia, tam in ecclesia

quam in sola |⁴ribus quam in uineis et terris et in omnibus eiusdem uille pertinentiis pro setuaginta morabetinis, vt habeatis uos et filii uestri et omnis successio uestra ad uendum et pignorandum |⁵ et a [sic] dandum uel quodlibet aliud faciendum. Si quis uero hanc cartam in aliquod irrumpere uel minuere presumpserit, sit excommunicatus et cum Iuda traditore |⁶ Domini in inferno damnatus, et persoluat in coto CC morabetinos et damnum quod intulerit duplatum uobis aut uocem uestram pulsanti. Faccta huius uenditionis |⁷ carta era M^a CC^a XX^a II^a pridie idus marci. Regnante rege Allefonso cum regina Alienor in Toletto et in Castella. Rodericus Guterriz, maiordomus curie regis. |⁸ [L]ope Diaz, maiordomus regis in Castella. Fernandus Mauro dominans Uillamgarsiam, Uterdefumos et Medinam. ... [Blanco] ... archiepiscopus in Toletto. |⁹ [A]lmericus in palentina sede electus. Martinus monazino in Uillagarsia merino. |¹⁰ [E]t ego Taresa Petriz, abbatisa Sancte Marie de Gradefes, cum eiusdem ecclesie universo conuentu hanc cartam quam fieri iussimus uobis domino Tello Petriz et uxori uestre Guntroide |¹¹ [G]arsie propriis manibus roboramus et hoc sig [Signum] num facimus.

LAMINA XXX

Privilegio rodado de Fernando II de León, por el cual confirma al monasterio de Sahagún la donación de Golpejones que le había hecho su tía la infanta doña Elvira.

León nonas de marzo era 1224 (7 de marzo de 1186).

A. H. N. Sahagún: 104-R.

Christus. In Dei nomine. Catholicorum regum est sancta lo[c]a et personas religiosas diligere ac uenerari et pro earum meritis |² amplis ditare muneribus et largis ampliare benefic[i]is, ut dantes temporalia, eterna ualeant adipisci. Iccirco ego rex domn[us] |³ Fernandus, una cum filio meo rege domno Adefonso, concedo monasterio Sanctorum Facundi et Primitiui donationem de uilla |⁴ que dicitur Golpellones, quam infantissa domna Geluira amita mea, concedente domno Adefonso imperatore patre |⁵ meo, pro remedio parentum nostrorum ipsis sanctis martiribus spontanea uoluntate obtulit, et cum concessione ipsius donationis |⁶ facio cartam confirmationis, ut sicut eadem amita mea predictam uillam cum ecclesiis suis et cum omnibus ad eas pertinentibus |⁷ per suos terminos, scilicet, ad partem de uilla Ferrocent per Quemadiellos, ad partem de Bollannos et de Ualdeiunquiello per Granneros, ad |⁸ partem de Ualderas et de Sancto Uincentio de la Lumba per Laguna de Zalama, ad partem de Uillafroton per Otero de Amnazar |⁹ dedit atque concessit prefato cenobio iure hereditario in perpetuum, ita ego rex domnus Fer-

mandus concedo illam uobis domino Johanni abbati eiusdem |¹⁰ monasterii uestrisque successoribus et monachis ibidem Deo seruiantibus, ut eam iure hereditario perhenniter possideatis sicut hodie possidetis, et |¹¹ tam presentes eiusdem uille habitatores quam futuri, tales habeant foros quales uos illis concesseritis. Quicumque ergo hoc scriptum infringere |¹² aut irritum facere temptauerit, iram Dei omnipotentis et regis indignationem incurrat et ad cautum regis duo milia aureorum persoluat. |¹³ Facta carta apud Legionem era M^a CC^a XX^a III^a et quotum nonis marcii. Regnante rege domino Fernando in Legionem et Gallecia, |¹⁴ Asturiis et Strematura. Ego rex dominus Fernandus, una cum filio meo rege domno Adefonso, hoc scriptum quod fieri iussi, proprio robore |¹⁵ confirmo.

[Col. a.]

Petrus compostellanus archiepiscopus confirmat.—Manricus legionensis episcopus confirmat.—Rodericus ouetensis episcopus confirmat.—Fernandus astoricensis episcopus confirmat.

[Signo rodado, en cuyo anillo dice:] Signvm Fernandi Regis Regis Hyspanorum.

[Col. b.]

Comes Petrus in Asturiis confirmat.—Comes Gomez in Trastamero confirmat.—Vermudus Albari, maiordomus regis, confirmat.—Poncius Uele, signifer regis, confirmat.

Magister Bernardus, notarius regis, per manum Petri Uele, cancellarii, scribi iussit.

LAMINA XXXI

Carta partida de auenencia dada por don Gonzalo, arzobispo de Toledo, don Bernardo, prior de Osmá, y don Juan, archidiacono de Ávila, jueces por el papa Clemente III, en la contienda entre don Gonzalo, obispo de Segovia, y el abad de San Pedro de Arlanza, sobre las iglesias de Cardava y de Cueva Suar.

Buitrago, 6 nonas de mayo (2 de mayo de 1189 ó 1190).

[En el borde:] ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ.

Ego Gundisalvus Dei gratia toletanus archiepiscopus et hispaniarum primas et Bernardus eadem gratia prior oxomensis et Johannes

abulensis archidiaconus a domino papa Clemente delegati |² iudices cause quæ inter Gundisaluum secobiensis episcopum et Johannem abbatem Sancti Petri de Arlanza uertebatur super ecclesiis scilicet Sancta Maria de Cardaua et de Cueua |³ Suar tali concordia et amicabile compositione de consensu et uoluntate domini Secobiensis et capituli ecclesie ipsius et similiter de consensu et uoluntate |⁴ abbatis Sancti Petri de Arlanza et capituli monasterii sui eam terminauimus uidelicet quod Gundisaluus secobiensis episcopus et omnes successores habeant integra |⁵ et illibata iura episcopalia in prefatis ecclesiis sicut in aliis parochialibus ecclesiis sui episcopatus, exceptis decimis et primiciis quas predictus abbas |⁶ et successores eius integre et sine contradictione percipiant et excepta medietate mulctarum id est calumpniarum de monachis tamen si in predictis lo |⁷ cis eis iniuria fuerit irrogata quam abbas percipiet altera medietate penes episcopum remanente, salua etiam representatione clericorum in predictis |⁸ ecclesiis ab abbate episcopo facienda. Sopitis et sublatis omnibus querelis quas abbas prefatus et eius monasterium contra episcopum secobiensis et eius ecclesiam |⁹ reconueniendo eum in presentia nostra proponebat uidelicet similiter ecclesia Sancti Andree de Pratis de Hecha Roman quam abbas dicebat esse fundatam |¹⁰ in solo sui monasterii. Hanc compositionem ut perpetua firmitate ualletur nostris sigillis muniuimus, factis similiter his duabus cartis per alfabetum |¹¹ diuisis. Facta ca[rta apu]d Butrago VI^a nonas maii.

LAMINA XXXII

Privilegio rodado de Alfonso VIII por el cual concede al monasterio de Santa María de Sacramenia ciertas posesiones.

Ramagan, 4 calendas de noviembre era 1229 (29 de octubre de 1191).

Christus. Alfa. Omega. Presentibus notum sit et futuris quod ego Aldefonsvs, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina |² et cum filio meo Ferrando, concedo et confirmo Sancte Marie monasterio de Sacramenia et uobis domno Ramundo eiusdem monasterii instanti |³ abbati uestrisque sucesoribus et omnibus monachis in eodem monasterio degentibus presentibus et futuris, omnem hereditatem quam habeo |⁴ in uillari quod uocant Sant Mames cum defesa mea que nominatur Plantada, quam ego dedi et incartaui Roderico Petri de |⁵ Palenciola, merino de Crianone, qui uendidit eam prefato monasterio et abbati et monachis, cum omni iure suo et omnibus pertinentiis suis, iure hereditario, ha |⁶ bendam et irreuocabiliter possiden-

dam. Si quis uero hanc cartam in aliquo infringere uel diminuere presumpserit iram omnipotentis Dei *et* meam plenarie |⁷ incurrat, *et* regie parti Me aureos in cauto persoluat, *et* dampnum quod uobis intulerit duplicatum restituat. Facta carta apud Ramagan. Era M^a |^s CC^a XX^a VIII^a. III^o kalendas nouembris. Et ego rex *Aldefonsus*, regnans in Castella *et* Toleto, hanc cartam quam fieri lussi manu *propria* roboro *et* confirmo.

[Col. a.]

Martinus, oxomensis *episcopus*, *confirmat*.—Marinus, burgensis *episcopus*, *confirmat*.—Ardericus, palentinus *episcopus*, *confirmat*.—Gundissaluus, seccobiensis *episcopus*. *confirmat*.—Martinus, segontinus *episcopus*, *confirmat*.—Johannes, conchensis *episcopus*, *confirmat*.—Johannes, abulensis *episcopus*, *confirmat*.—Briccius, placentinus *episcopus*, *confirmat*.—Gomes Petri.

[*Signo rodado con la leyenda:*] Signvm Aldefonsi Regis Castelle.

[*A los lados del signo:*] Rodericus Guterrez, maiordomus curie Regis, *confirmat*. Didacus Lupi, alferiz Regis, *confirmat*.

[Col. b.]

Petrus Roderici de Castro *confirmat*.—Ordonius Garsie *confirmat*.—Petrus Roderici de Guzman *confirmat*.—Gonzaluus Gomiz, filius Gome Garsie, *confirmat*.—Guillelmus Gonzaluiz *confirmat*.—Gonzaluus Gomiz, filius Comitis, *confirmat*.—Alfonsus Telliz *confirmat*.—Ferrandus Mauri *confirmat*.—Lupus Diaz, merinus Regis in Castella, *confirmat*.

Magister Mica domini Regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scribsit.

LAMINA XXXIII

Carta partida de Pedro II de Aragón y I de Cataluña por la cual otorga a Fray Jimeno de Lavata, maestre de Amposta, la inmunidad y franquicia de hueste, cabalgada y todo otro servicio real.

Sigena, (s. d.) diciembre era 1239 (año 1201).

A. C. A. Pergaminos de Pedro II: n.º 123.

[*En el borde:*] A B C D E F G H I (a).

Sit notum cunctis quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum *et*

(a) Para leerlas inviertase la lámina.

comes Barchinone, dono, laudo *et* con |²cedo *et* per huius paginam corroboracionem auctorizo fratri Eximino de Lauata, magistro Emposte *et* omnibus aliis fratribus |³ hospitalis presentibus *et* futuris ut omnes illi homines quos domus hospitalis habet in Gerunda *et* in Bisolduno usque in |⁴ hodiernum diem sint liberi immunes *et* franchi de oste, caualcata *et* de omni seruicio *et* exactione regali. |⁵ Tali tamen pacto *et* condicione quod domus hospitalis de cetero non possit aliquem hominem recipere in |⁶ predictis duabus uillis nisi, ordine recepto, fratrem fieret hospitalis. Sciendum tamen est quod ab |⁷ huiusmodi donatiu excipiuntur homines illi qui soliti sunt in questia mittere *et* seruicio uicinali ne |⁸ forte ego uel alii milites terre, ea amitamus seruicia que mihi uel illis facere consueuerunt |⁹ huiusmodi donatiuum facio prefato hospitali super iam dictis hominibus *et* eorum qui in capti |¹⁰bus manibus eorum permanserit.

|¹¹ Datum apud Sixenam mense decembris per manum Johannis de Berix domini Regis notarius *et* mandato eius scripta |¹² a Petro scriptore sub era M^a CC^a XXX^a VIII^a *et* anno Domini M^o CC^o I^o.

|¹³ Signum [Signum] Petri regis Aragonum *et* comitis Barchinone.

|¹⁴ Testes Raimundus de Uilla Mulorum. Dalmacius de Crexello. Arnaldus de Fuxano.

|¹⁵ Sig + num Guillelmi Dominifortis. + Petrus ausonensis sacrista.

|¹⁶ Signum [Signum] Johannis Beraxensis domini Regis notarii.

Correcciones: Línea 10. Después de *eorum*, sigue tachado *persan...*

LAMINA XXXIV

Privilegio rodado de Fernando III confirmando la donación del territorio de Quintanilla hecha por Alfonso VIII a Peñafiel. Coca, 17 de marzo era 1237 (año 1219).

Christus. Alfa. Omega. [T]am presentibus quam futuris innotescat presentibus quod ego Ferrandus, Dei gratia rex Castelle *et* Toleti, ex assensu *et* beneplacito |² regine domine Berengarie genitricis mee, una cum fratre meo infante domno Aldefonso, concedo, roboro *et* confirmo pri |³ uilegium quod inueni prestitum *et* concessum a serenissimo auo meo rege domno Aldefonso preclare memorie in hunc mo |⁴ dum.

Per presens scriptum notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle |⁵ *et* Toleti, una cum uxore mea Alienore regina *et* cum filiis meis Ferrando *et* Henricco, concedo uobis con |⁶ cilio de Pennafideli presenti *et* futuro illam uendi-

cionem de Quitanella quam enustis in mei presencia pro mille morabetis de Ferrando |⁷ Gonzalui et de domna Maiore et de domna Teresia et de domno Petro filio Roderici Alfonsi cum ingressibus et egressibus, terris, vine |⁸is, montibus, fontibus, riuus, piscariis, pratis, pascuis, nemoribus, deffesiis, collaciis, cum toto termino suo et cum omnibus directuris |⁹ suis eidem Quintanelle pertinentibus perheniter habendam et irreuocabiliter possidendam.

Et hec mee concessionis pagina rata et |¹⁰ stabilis omni tempore perseueret. Si quis uero hanc mee concessionis cartam infringere uel diminuerit in aliquo presumpserit iram |¹¹ Dei omnipotentis plenarie incurrat et regie parti duo milia aureorum in cauto persoluat et dampnum super hoc uobis illatum restituat duplicatum. |¹² Facta carta apud Coccam XX^a II^a die mensis marcii era M^a CC^a L^a septima.

LAMINA XXXV

Continuación de la anterior.

Et ego rex Ferrandus regnans in Castella et in Toletto hunc mee concessionis et confirmacionis priuilegium manu propria roboro et confirmo. |² Rodericus, toletane sedis archiepiscopus et Hyspaniarum primas, confirmat.

[Col. a.]

Mauricius, burgensis episcopus, confirmat.

Rodericus, segontinus episcopus, confirmat.

Gerardus, seccobiensis episcopus, confirmat.

Tellius, palentinus episcopus, confirmat.

Garsias, conchensis episcopus, confirmat.

Dominicus, abulensis episcopus, confirmat.

Melendus, oxomensis episcopus, confirmat.

Dominicus, placentinus episcopus, confirmat.

Johannes, domini Regis cancellarius, abbas Sancti Anderii, confirmat.

[Signo rodado con la leyenda:] Signum Ferrandi Regis Castelle.

[En torno al signo:] Gonzaluus Roderici, maiordomus curie Regis, confirmat. Lupus Didaci de Faro, alferiz Regis, confirmat.

[Col. b.]

Rodericus Didaci confirmat.

Aluarus Didaci confirmat.

Rodericus Roderici *confirmat.*

Alfonsus Tellii *confirmat.*

Johannes Gonzalui *confirmat.*

Suerius Tellii *confirmat.*

Guilles Gonzalui, alcaydus Toleti, *confirmat.*

Garsias Ferrandi, maiordomus domne Regine, *confirmat.*

Gonzaluus Petri de Arenelles, maiorinus in Castella, *confirmat.*

Dominicus Aluari iussu cancellarii scripsit.

LAMINA XXXVI

Donación de los collazos de Ororbía hecha por don García, abad de San Salvador de Leire, a Pedro Martínez de Sarasa. (S. d.) mayo era 1257 (año 1219).

A. H. N.

Ad noticiam cunctorum perueniat quod ego Garsias, Dei gratia abbas Sancti Saluatoris leio |²rensis, et totus Conuentus ipsius loci facimus hanc cartam donationis et confirmationis |³ uobis totis collaciis nostris de Ororiuia presentibus et futuris in perpetuum. Habito siquidem con |⁴silio cum honestis personis atque discretis, forum quod usque ad tempora Petri Martinez de Sarassa, cui |⁵ sit requies, habuistis, sicut per antiquorum experienciam probauimus, uobis et posteris uestris concedimus et presenti pa |⁶gina communimus. Videlicet ut quindecim kaficia tritici annuatim et opilarinçada pro debita peita nobis |⁷ et successoribus nostris persoluatis et ueniatis singuli ad laborem nostram semel in ebdomada, sicut hactenus con |⁸sueuistis. Solarigos uero eodem modo semel in mense laborent, immunes semper ab ipsa opilarin |⁹çada. Cetera autem que ad jus nostrum spectant et dominium in omnibus retinemus tan in personis quam in |¹⁰ villa et coloniis et ecclesiam cum uniuersis que ad illam pertinent et cenam abbatis annuatim ex ipsa villa. Haec |¹¹ enim omnia suprascripta ideo uobis damus et concedimus ut de cetero erga nos et monasterium nostrum fide |¹²les semper sitis ac deuoti. Actum est hoc sub era M^a CC^a L^a VII^a mense mayo. Reg |¹³nante rege Sancio in Nauarra. Episcopo Guillelmo in Pampillona. |¹⁴ Garsias, dictus abbas, confirmat et [Signum] signat. Petrus, prior, confirmat pro se et pro toto |¹⁵ capitulo et [Signum] signat. Rumeus, sacrista, confirmat et [Signum] signat. Lupus, hele |¹⁶mosinarius, confirmat et [Signum] signat. Fortunius de Gazolaz, prior de Larassoaynt, confirmat et [Signum] signat. Martinus, infirmarius, confirmat et [Signum] signat. Iohannes, |¹⁷ prior

infans, confirmat *et* [*Signum*] signat. Garsias de Stella scripsit *et* [*Signum*] signauit.

[*En el borde:*] A B C D E F G.

Correcciones; Línea 10, *annuatim* agregado entre líneas.

LAMINA XXXVII

Concierto entre el Abad y Convento de Sotosalbos y los Concejos de Sotosalbos, Pelayos y otros sobre las aguas de los ríos Pirón y Pironcillo.

Segovia, 10 de junio era 1259 (año 1221).

In Dei nomine. Talis *conueniencia* facta est inter dominum abbatem *et* *conuentum* Saltuum Alborum *et* concilia ¹² aldearum de Sotos Albos, de Pelaios, de Eglesuela Guendul, de Losana, de aldea de Sancto Dominice ¹³ de Toreglesia, super aqua de Piron *et* de Pironcielo, ita tamen quod dominus Abbas *et* *conuentus* accipiant aquam ¹⁴ de illis duabus aquis supradictis ad irrigandam totam hereditatem predicti monasterii, quantam uoluerint *et* ¹⁵ quando uoluerint *et* quocienscumque uoluerint ad irrigandas messes, prata, *et* linum, *et* ortos quantumcumque abb[as] ¹⁶ uel *conuentus* uel qui pro eis domos quocumque modo tenerint poterint seminare. Preter hoc quod quilibet uica ¹⁷rius seminet quinque fanegas de linuelo *et* quilib[et] ¹⁸ ortalanus quinque, *et* rigent eas cum aqua ista eodem ¹⁹ modo quod Abbas *et* irrigatis omnibus supradictis redeat aqua per hereditatem episcopi ad calicem maiorem, *et* aqua ²⁰ de Pironcielo semper transeat per domum monasterii, ita quod libere possint eam accipere in omnibus neccesarii[s]. ²¹ Facta carta apud Secobiam decimo die mensis junii, sub era M^a CC^a. LVIII^a. Domino rege Ferdinando ²² Castelle hanc *conuenienciam* concedente *et* confirmante *et* in rei testimonium sigillum proprium apponente. ²³ Presentibus: Domino Roderico. toletane sedis archiepiscopo. Domino Johanne calagurritane electo. Abbate de Parrazes. ²⁴ Domino Petro Iudas, domno Beltrando de Soria, alcaldibus domini Regis.

LAMINA XXXVIII

Carta de reconocimiento del señorío de D. Gumersindo Sintierra, de su esposa Elisenda y su hijo Poncio, por ciertos habitantes de sus tierras.

9 calendas de junio (24 de mayo) del año 1222.

A. H. N.

Notum sit *cunctis omnes homines per nos ac per omnes nostros probis homines de Guardia Pratis laudamus et con* |²*cedimus et recognoscimus autem uobis domino Ermengaudio Sineterre et domina Eligendis de Falxs* |³ *et Pontii, filii eorum, omnes ioues, batudes, traginis, in tali pacto quod ioues et batudes* |⁴ *fatiamus intus termino de castro Guardie Pratis per totum termino tantummodo et dictum tragino ad* |⁵ *turrem de Falxs uel ad Guardiam ubique uolueritis melius. Et uobis dictos seniores faciatis ad* |⁶ *ipsos ioues et batudes et traginos omnem opus de pani et uini et carne sicut mos est in terra et* |⁷ *est sciendum de ipsos probis hominibus qui sunt mansos et medium mansos tantummodo et non al[i]* |⁸*os. Et hoc totum supradictum promitimus nos et per omnes nostros inperpetuum ita atendere et obseruare ut* |⁹ *superius scriptum est quod nos et nostros et successores nostros nostrorumque non possum[us] extraere neque peni* |¹⁰ *tere per nullam rem sicut scriptum est, ita atendere et obseruare omni tempore. Si quis hoc fregit in* |¹¹ *dupplo componat et post firmum remaneat omni tempore. Actum est hoc VIII kalendas iunii anno* |¹² *Domini M CC XXII. Sig + num Bernardi de Olugia. Sig + num Petri Albarich. Sig + num* |¹³ *Berengarii de Villagrassa. Sig + num Johanni Irovardi. Sig + num Guillelmi de Sancti* |¹⁴ *Tantuli.*

|¹⁵ *Petrus de Planis presbyter scripsit et rasis et emendauit in VIII^a linea ubi dicit ita atendere* |¹⁶ *et hoc [Signum] fecit.*

LAMINA XXXIX

Juan de Tarba y su mujer Dominga venden un campo en Magallón a Sancho de Campan, prior de Muzalcoraz y al convento de Veruela.

(S. d.) febrero era 1285 (año 1248).

In Dei nomine et eius gratia. Nouerint uniuersi presentes pariter et futuri quod ego Johannes de Tarba et uxor mea Domenga cum hac presenti scriptura perpetuo |² vendimus uobis fratri Sancio de Campan,

priori de Maçalcorah *et* conuentui de Berola unum campum quem habemus in Magallon, in termino de Genestar, |³ *et* affrontat ex II^{abus} partibus in campis uestris propriis, ex altera parte in campo filiorum de Domingo Rico, ex III^a parte in cequia uicinali sicut iste affron |⁴ tationes predictum campum includunt uel diuidunt per circuytum, sic uendimus eum uobis de celo usque ad abissum cum omnibus introytibus *et* exitibus |⁵ suis sine retentu aliquo *et* uoce mala *et* absque tocius persone uiuentis contradicto uendimus eum uobis *et* de presenti uos ex eo induymus pro |⁶ L solidis jacensibus bone monete curribile in Aragone, quos a uobis habuimus *et* recepimus *et* tam de aliuala quam de predictis denariis in presenti |⁷ ad uoluntatem nostram plene paccati fuimus *et* sum inde de manifesto nunc *et* semper uolumus igitur *et* firmiter confirmamus quod dictum campum de cetero |⁸ habeatis in pace *et* teneatis potenter, explectetis integre uos *et* omnes successores uestri ad dandum *et* uendendum in pignorandum |⁹ comutandum *et* aliendum *et* ad omnes uestras uoluntates inde in perpetuum faciendas sic de uestra propria hereditate ad maiorem itaque securitatem uestram |¹⁰ *et* uestrorum damus uobis fideuissorem saluitatis per forum Cesar-augustae Johannem Amargo, qui uobis *et* uestris dictum campum habere, tenere, possidere *et* explectare |¹¹ faciat saluum *et* securum sicut melius *et* sanius, plenius *et* utilius dici uel intelligi potest uel excogitari ad uestrum uestrorumque comodum *et* saluamentum. |¹² Ego autem dictus Johannes Amargo sic me concedo *et* constituo fideuissorem sicut superius continetur. Testes huius uenditionis sunt Petrus |¹³ Justacii *et* Domingo Barbarroya. Actum est hoc mense februari Era M^a CC^a LXXX^a VI^a. Sig [Signum] num Johannis Petri |¹⁴ qui hoc scripsit.

LAMINA XL

Carta de donación que hace doña Sancha de Aldava, viuda de don Ramón Palmer, a Pedro Sánchez de Eguzquiza, comendador de Bargota, de una casa en el barrio de San Pedro de Puente de la Reina.

30 de diciembre era 1303 (año 1265).

A. H. N.

In Dei nomine, amen. Sabuda cosa sia atotz omes als qui son en present *e* als qui son *per* venir que dona |² Sancha de Aldaua muyller que fu de don Ramon Palmer fazi donaty a don Pero Sanchetz d'Iguz-quiza, comendador |³ de Bargota, para obs de la enfermeria de Bargota de tot ço que ad ela pertaynia de aquela casa que es en lo ba[r] |⁴ri de

Sant Peyre del Pont de la Reyna, tenent de la vna part con casa de don Garcia apeztegrico |⁵ e de la altra part es tenent con casa de don Ferrero lo Çabater. E la deuantdita dona Sancha de Aldaua |⁶ fazi est deuantit donaty al deuantit Comendador de Bargota en tal manera *que* tot ço *que* ad ela pertaynia de la |⁷ deuantita casa de la qual casa ela fazi donaytu, assi com sobrescriut es, *que* sin des huy para obs de la deuant |⁸ dita enffermeria de Bargota *e que* la aya amenynz de negun embarch *e* sens retenement de nengun |⁹ omme ni de neguna femna franca *e* bona *e* solta *e* quita de totz omes *e* de totas femnas del Rey |¹⁰ en jus. Et a quo son fermes de saluetat Pascal d'Ïçu e Miguel Piriz nauarr. Testes sunt don Domingo, |¹¹ prior del ospital de Sant Pere d'Estela; don Miguel, capelan de Sant Pere d'Estela; don Martin Rossel, alcalde d'Estela; Iohan |¹² preuost d'Estela; don Domingo Esteuen, broter; don Pero Reuol; don Sancho Gil d'Aloa; don Iohan Ezquerra; Iohan de |¹³ Muruarren; Miguel Simeneiz, broter; don Martin Esteuen; Ramonet Palmer *e* io Martin Sanz, escriuan iurat |¹⁴ del consseyll del Pont de la Reyna *que* aquo vedi *e* odi escriui esta carta XXX dias el mes de Dezenbre |¹⁵ Era M^a CCC^a III^a.

Correcciones; Línea 14, *carta* agregada entre líneas.

LAMINA XLI

Carta abierta de Sancho IV confirmando al monasterio de San Miguel de Escalada la exención de pagar yantar.

Palencia, 23 de junio era 1329 (año 1291).

A. H. N. *Escalada*. 8-R.

Sepan quantos esta carta vieren *comme* ante mi don Sancho, por la *gracia* de Dios rey de Castiella, de Leon, de Toledo, de Galliza de |² Seuilla, de Cordoua, de Murçia, de Jahen *et* del Algarbe, vieno don Johan, prior de Ssant Miguel d'Escalada *et* querellosseme |³ *que* los cogedores de la mi yantar *et* de la reyna donna Maria, mi muger, *que* lo peyndrauan *et* le tomauan todo quantol ffallauan, por las yantares |⁴ ssobredichas *et que* nunca las dieran los priores *que* fueron ante d'él en este lugar en tiempo del rey don Fferrando, mio auuello, nin del |⁵ rey don Alfonsso, mio padre, nin en el mio fasta aqui. Et pediome por merçed *que* yo *que* lo mandasse ssaber se era assi. Et yo toue |⁶ por bien de lo ffazer. Et enbié mandar por mi carta a Martin Pereç mio jueç en Leon *et* en Manssiella *que* sopiesse ende la |⁷ verdat por quantas partes la mejor podiesse ssaber *et* la verdat *que* sobre ello fallasse *que* me la enbiasse escripta *et* seellada con su seello. |⁸ Et Martin Pereç fizo

